



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XLVI. De Christi ad populum productione & dicto: Ecce homo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

duerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum et  
crucifigerent. Similia Marc. 15. 16. 17. 18. 19. 20.  
Et Ioan. 19. 2. 3.

## CAPVT XLVI.

De Chrissi ad populum productione & ditto,  
Ecce homo.

**F**IGVRAE. 1. Fratres Ioseph sanguine hedi  
infectam tunicam mittunt patri, querentes  
vt videat an tunica filij sit, qui scissis vestibus in-  
dutus est cilicio, lugens filium suum longore  
pore. Genes. 37. 31. 32. 33. 34. Tulerunt autem  
tunicam eius & in sanguine hedi quem uiderant,  
tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem & dice-  
rent, hanc inuenimus: vide utrum tunica filij  
tui sit an non. Quam cum cognouisset, pater  
Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia  
deuorauit Ioseph, scissisq; vestibus, indutus est  
cilicio, lugens filium suum multo tempore.

2. Facies & vultus Onia summi sacerdotis  
immutatus in sacrilegio Heliodori. 2. Mach.  
3. 16. Iam verò qui videbat summi sacerdotis vultum,  
mente vulnerabatur: facies enim & color  
immutatus declarabat internum animi dolorem.

PROPHETIAE. Psalm. 21. 7. Ego autem  
sum vermis, & non homo, opprobrium hominum,  
abiectiono plebis. Psalm. 30. 12. 13. Super omnes  
micos meos factus sum opprobrium vicinis meis  
de: & timor notis meis. Qui videbant me, fugerunt  
à me: obliuioni datus sum tanquam mortuus.

corde. Psalm. 77. 8. Ne fiant sicut patres eorum: generatio prava & exasperans. Cant. 3. 11. Egredimini & videte filia Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die letitiae cordis eius. Mai. 1. 6. A plantae pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Mai. 53. 2. 3. Et ascendet sicut virgultum coram eos, & sicut radix de terra siccanti: non est species ei, neque decor & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum. Despectum & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius, & despectus, unde nec reputavimus eum. Ier. 2. 12. 13. Obstuspe scute cali super hoc, & porta eius desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquae viva, & forderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. Ibid. cap. 5. 11. Pravaricatione enim pravaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus. Capit. 12. 7. 8. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius, facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylva: dedit contra me vocem, ideo odii eam. Thren. 1. 12. O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, ut locutus est Dominus in die furoris sui.

VERITAS. LUC. 2. 34. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel,

& in signum cui contradicetur. Ioan. 19. 4. 5. 6.  
 7. 8. 9. 10. 11. 12. Exiit ergo iterum Pilatus foras  
 dicit eis, ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatur  
 quia nullam inuenio in eo causam. ( Exiit ergo Ie-  
 sus portans coronam spineam & purpureum vesti-  
 mentum. ) Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo dis-  
 sissent eum Pontifices & ministri, clamabant dicen-  
 tes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, ac-  
 cipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio  
 in eo causam. Responderunt ei Iudaei: Nos legem  
 habemus & secundum legem debet mori, quia Filium  
 Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermo-  
 nem magis timuit. Et ingressus est praetorium ue-  
 rum: & dixit ad Iesum: unde es tu? Iesus autem  
 responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: ubi no-  
 loqueris, nescis quia potestatem habeo crucifigere te, &  
 potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non ha-  
 beres potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datus esset  
 de super. Propterea qui me tradidit tibi manus pecca-  
 tum habet, & exinde querebat Pilatus dimittere eum.  
 Iudaei autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis,  
 non es amicus Caesaris, omnis enim qui se regem fa-  
 cit, contradicitur Caesari.

## CAPVT XLVII.

De iterata Christi ad populum productione, & mortis eius  
 à Iudaeis petitione. Et dicto, Ecce rex vester.

**F**IGVRAE. I. Furor Simeonis & Leui  
 benedictus. Genes. 49. 5. 6. 7. vt fol. 267.  
 2. Daniele à Satrapis per inuidiam acci-  
 dit.